

GOTFRIDO,  
 M. ANDR. BAUDISI.  
 SCH. STRIG. R.  
 FILIOLO,  
 PUELLO ELEGANTISS.  
 VARIOLIS  
 XIII. ATAT. HEBDOMADE  
 SEculi MALITIE I  
 A. CH. MDCXXIII.  
 XXV. NOV. DIVINITUS  
 SUBDUCTO,  
 AB AMICIS BENEVOLENTIB.  
 POSITA

MEMORIA.

LIGNICI Typis Ducalibus  
 A. CHR.  
 MDCXXIV.  
 (o) 50

BIBL.  
 REBERARD  
 VRAT.



MEMORIAE

Adolescentis optimi,

Discipuli charissimi,

JOHANNIS WEISKEGELII Vratisl.



Qua meo mea de JANO testatio, quæris,

quando parat Superam letus adire SCHOLAM:

LAM:

Tam vixit bene, tam studuit bene, noster Alumnus,  
quàm vixisse bonos, & studuisse decet:

Hæc ego per Fidium testor. Qui credere nescis,  
adibus atbereis lumina fige, scies.

Pro foribus gens celituum omnis spectat JANUM,  
atq; Suo Hunc socium gaudet habere choro.

Boni filii Optumo  
Parenti condolens  
apponcb.

M. Michaël Poll Vratisl.  
Schol. Rector, & defuncti  
ol. Præceptor.

A 2

Te



537349

**T**E quoq; Weiskegel ô ceperunt tædia vitæ!  
Quâm citò cognatum consequerisq; tuum!  
In vita fuit inter vos conjunctio firma:  
Mors etiam quam non dissoluisse potest.  
O benè compositi! Schola vos Academica junxit:  
Doctòr ubi vobis nunc λόγος ipse præest,  
Nulla salus terris: nobis est patria Cœlum:  
Nos ibi vitalis deniq; Vita manet.

M. Georgius Seidelius  
Senior.

*Epitaphium.*

**JOHANNIS WEISKEGELII** Vratisl.  
bonarum litterarum, virtutisq; studiosissimi  
Adolescentis.

**C**ujus in hoc parvo tumulo sunt condita membra,  
Is WEISKEGELII nomine clarus erat.

WEISLEBIUM hunc Teuto potuisses jure vocare:  
In studiis, vitâ, & moribus, ALBI Serat.

Discipulo charissimo desideratissimoq;  
positum à

M. Eliâ Majore Vratislav.  
in Patria Histor. Professore.

qui & hoc

ad consolandos defuncti Parentes  
adjiciebat Distichon:

**T**antopere in terris cur luget uterq; parentum  
Natum, qui superi lucet in axe poli?

**IOHANNES WEISKEGEL MORTUUS**

per ἀναγεγραμμῆσιν

Literâ græcâ in latinam conversâ.

**ORTUS HUMO: EN LEGE NECIS SUAVI.**

Διαλογισμὸς Defuncti, cum Amico.

Am. **Q**uo tendis, quæso? quo tendis amice, Johannes?  
quid te nos, omnes deseruisse, juvat?

Def. In cœlum tendo, in patriam, quæ sanguine Christi  
parta mihi est, ibi mox gaudia vivus agam.

Am. **ORTUS** eras claro natali, in luminis auras  
Pieridumq; choro junctus, & aptus eras.

Def. **ORTUS**; at **ORTUS HUMO**. Nunc nostrum Academia  
Implebit cunctis artibus, ingenium. (cœli)

Am. Non equidem in video requiem, tantamq; salutem,  
Te doleo ast, raptum tam citò, **LEGE NECIS**.

Def. **LEGE NECIS, SVAVI** mihi, vitæ stamina rupta;  
**EN** locor in cœlis, aspicioq; **DEUM**.

Am. Ergo precor placidè in tumulo tua membra quiescant,  
dum Christus veniens, surgite, voce sonet.

Def. Tu vero interea sis mente & corpore sanus;  
ad me, quando volet Jova, venito. Vale.

Hunc διαλογισμὸν

συμπαθῆς instituebat

Christianus Albertus Hirschbergâ.

**O** vanas hominum spes, ô sæpè irrita vota!

O vitam incertam, ô jura cruenta necis!

Abripitur mox è vivis in flore juventæ

Cui WEISKEGELIUS nomen Janus erat.

tribus atq; annis florentem crescere pulchris  
 Quem, lætabatur cum genitrice parens;  
 Hunc mors depellens è vitæ munere dira,  
 Nunc facit ut doleat cum genitrice parens,  
 Cui jam Pierides doctrinæserta parabant,  
 Sperantes de isthoc nil nisi magna homines;  
 Is vitâ tandem breviori functus, eâdem,  
 Quâ corpus, cunctam hanc spem tumulavit humo.  
 Quid loquar ulterius? quid conquerar amplius? haut me  
 Nunc proferre sinit pluria verba dolor.  
 O mihi præ cunctis lociis dilecte Joannes,  
 Quam mihi tecum una vivere svave fuit!  
 Quam mihi svave fuit studiis communibus uti,  
 Et tecum Musas excoluisse sacras!  
 Quam nos firma ambos spes fovit sæpè, futurum, ut  
 Porro hac possimus commoditate frui!  
 Verum proh dolor! hanc spem eunetaq; gaudia prorsus  
 Nobis parca ferox abstulit è medio.  
 O WEISKEGELIÆ stirpis spes maxima Jane,  
 O spes musæi delictumq; chori:  
 O socios inter fidos svavissime ocelle,  
 Ipsiusq; animæ portio magna meæ:  
 Et erum salve æternumq; valetto Johannes;  
 Ingens me luctus scribere plura vetat.

Constantis amicitia ergo, condiscipulo suo charissimo,  
 amico integerrimo ac singulari, lubens sed lugens  
 apponeb.


Sebastianus Mollerus Vratisl.

Vita

**V**Ita quid est hominum? nisi mors, nisi cura perennis;  
 Quotquot in his terris vivimus umbra sumus;  
 Pulvis & umbra sumus pueri, juvenesq; senesq;  
 Aura, levis, fumus, pulvis & umbra sumus.  
 En Weiskegelium tulit inclementia mortis,  
 Qui fuit Aonii pars quotacumq; Chori  
 Delictum Patris, Genetricis dulce levamen  
 Abstulit immiti, parca severa, manu.  
 Delictum Cbaritum, nostrumq; (heu fata) sodalem,  
 Telo compressit, mors violenta suo.  
 Ergo Castalides lugubria carmina Musæ  
 Dicite; dulcisona ponite plectra lyra.  
 Dignus erat meritò, seris qui vinceret annis  
 Nestoris innumeras grandis Olympiades.  
 At quod sic Domino placuit; nos ferre necessum est:  
 Sedandusq; dolor, sed retinendus amor.  
 Hac reputa tecum, sparsosq; recollige sensus  
 Ethnicus amissa ne videare fide.  
 Amissum ne crede, Parens. Ad cœlica vitæ  
 Gaudia præmissum, scito, vocante DEO.  
 Vescitur ambrosiis Epulis & nectare dulci,  
 Qui fuerat cordis, pars adamata, tui.  
 Omnibus ereptis curis cunctisq; periculis,  
 Jam tenet immensi, splendida tecta, poli.

Sic ex sincero amoris adfectu erga Commilit. suum  
 dilectis. plaangeb. & pangeb.

Sebastianus Hennemanus Reyfingh Vratisl.





D. SOSPITATORI. S.  
**HEINRICI**  
QUARTO-GENITI QUARTO-  
DEFUNCTI

**Heinrici Bachmanni**  
Docentium in Scholá  
Lignic. Collegæ &  
Petro-Paul. ap. Ecclesiam  
Cantoris, filioh

**T R I M U L I,**  
Memoria.



*Typu Lig. Ducalib.*

